



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.XLVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

seculi anno reuersus, quoniam gesto in munere
prudentiam, industriamque probarat; iterum ea
dem super causa ad Cœsarem Carolum V. legatur.
Hæc quoq; legatio è sententia cessit, & quidquid
petierat, impetravit: vnde factū præcipue, vt sub-
inde deiectus è gregis custodia lupus Hermānus,
locum cederet vero Pastori Adolfo Schauembur-
gio. Verùm eo minus lēta Coloniensibus cecidit,
quod ipsum amisere Canisium. Dū enim ad Cœ-
sarem adit, cum Cardinali Augustano Othono
Truchsesio Vormatiæ, Vlmæq; congressus, is ve-
hemēter delectatus sapientia iuuenis, cùm & Pa-
tres maturum iam euocare eum putarēt, ad Con-
cilium, quod eo ipso tempore Tridenti habeba-
tur, Theologum Claudio Iaio socium misit. Ita,
quanquam ægrè ferentibus cunctis bonis, Colo-
nia prorsus discessit; socios optimè animatos, cō-
paratisq; etiam ab se ad multos menses sub-
fidiis assatim instructos relinquens. Tridēti haud
diu fuerat, cùm translatum Concilium est Bono-
niam Martij mensis extremo. Tū verò, quia trans-
latio illa minimè probabatur Imperatori, metu
eius offensæ Cardinalis Otho aliquandiu hæsit,
num Iaiū, & Canisium eo mitteret nomine suo.

An. 1547.
Secunda ad
Carolum V.

Tertia ad
Concilium
primo Tri-
dentum.

F Sed